



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sacrarvm Antiqvitatvm Monvmenta

Hillesheim, Ludwig

Antverpiæ, 1577

lob.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68887](#)



*Si vitæ series semper mihi lœta fuisset,
Virtutis tacitum delituisset opus.*

Nunc

*Nunc eadem graibus rerum perculta procellis
 Tollitur, & recti non leue nomen habet,
 Diuite florebam cultu, natisq; beatus;
 Sorte q; felici conspiciendus eram.
 Pascebant latis pecorum mihi millia campis,
 Septa ferè innumerum non tenuere gregem.
 Omnia contigerant, & gaza diuite rerum,
 Nullus in Eo clarior orbe fuit:
 Sed pia mens, iussisq; fides cælestibus hærens
 Floruit, haud ullis debilitanda malis.
 Inuidet his Satan donis, cupideq; petent i
 Tentandi nostri munus ab axe datur.
 Nec mora, quin rapida molitus tristia dextra,
 Infestas nobis intulit ille manus.
 Tecta ruunt, natiq; cadunt, sed pectore firmo
 Inuicta virtus persttit alta fide.
 Tum grauiora ferox intentat, & ulcere corpus
 Aegraq; pestifero membra tumore coquit.
 Conqueror, atque animi dolor impatientior æquo est:
 Nam mala non videor tot meruisse pati.
 Hoc probat ipse Deus, miseri caussamq; tuetur;
 Ille meas partes auxiliator agit.
 Omniaq; amissis maiora prioribus addit,
 Amplas & multo fænore reddit opes.
 Proueniunt nati, seræ decora ultima vita,
 Lataq; pacato reddita cuncta Deo.
 Tristia saepe pios exercent fata. Sed una
 Illorum Deus est gloria, vita, salus.*

Iob 1, & seq.

TOBIAS.